Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 835
Quelle:
Copyright:

pletur, hoc quod inperitia nostri sermonis offenditur, obesse non possit, et nobis maior sit utilitatis cura quam laudis. Hoc sane omnes, ad quorum manus opuscula ista peruenerint, moneo, ut quidquid in eis placuerit, patrum, nostrum vero sciant esse, quod displicet.

Classis Tertia, five *Collationes* a XVIII. ad XXIV. et *ultimam* hujusmodi inſcriptione miniata gaudent: *Incipit prefacio Cassiani eloquentissimi uiri ad Jouinianum. Mineruum. Leontium. et Theodorum. In quo opusculo continentur collationes VII. que et nouissime a Cassiano editę sunt. et diuersorum confabulatione patrum elimatę.* In hac *Praef.* quam cum *edit. supracit.* contendi, legitur *Emissis* pro *Emensis*, item erronee *sex alias* pro *septem alias*, denique inter *beato episcopo* et *Honorato* interſeritur *et nomine et merito.* Capitum Elenchus etiam in hac *Classe* Collationes ſingulas praecurrit, ſed interdum numero ab editis varians. Ita *Coll.* XX. edita cenſet *Capita* 11. Codex 10. *Coll.* XXI. 36. Cod. 33. *Coll.* XXIII. 21. Cod. 22. *Coll.* XXIV. 26. Codex 27. quin tamen Textus quidpiam deficiat. Illud etiam obſervo, Elenchum noſtrum mſptum fideliorem eſſe editis, quam ipſi Codici, indicat enim *Coll.* XXI. *Capp.* 36. *Coll.* XXIII. 21. *Coll.* XXIV. 26. quae reipſa in editis hoc numero ſunt, non vero in Codice. Ceterum, ſi de nova olim *Cassiani* editione ageretur, non negligendum foret elegans hoc ſubſidium, ad cujus calcem legis minio: *Expliciunt collationes sanctorum patrum.*

II. *fol.* 178. Bulla *Alexandri* III. qua anno 1177. univerſa *Praemonstratensis* Ordinis Statuta confirmavit. Deeſt in *Bullario Rom.* ſed exhibetur in *Aub. Miraei Chronico Ord. Praemonstr. Colon.* 1613. p. 147. 8. et incipit: *In apostolice sedis specula* &c. Cum vero *Miraeus* Teſtium Nomina praeterierit, juvat hic ea ex *Cod.* adſcribere. *Ego Alexander catholicę ecclesię episcopus. Ego bubaldus hostiensis episcopus. Ego eualterius albanensis episcopus. Ego cbvonradus mogontinus archiepiscopus et sabinensis. Ego guilis* (Guilielmus) *portuensis et sancte rufinę episcopus. Ego manfredus prenestinus episcopus. Ego ardicio diaconus Card. sancti theodori. Ego hugo diaconus card. S. angeli. Ego hildebrandus basilicę XII. apostolorum presbiter card. Ego iobannes presbiter card. tituli sancte anastasie. Ego boso presbiter Card. sancte pudentianę tituli pastoris. Ego Theodinus presbiter card. S. uitalis tituli uestinę. Ego petrus presbiter cardinalis tituli sancte susannę. Ego iacinctus diaconus card. sancte Marię in Cosmidin. Ego cbincius diaconus Card. S. adriani. Ego laborans diaconus Card. sancte Marię in porticu. Datum ferrarię per manum graciani sanctę Romanę ecclesię subdiaconi et notarii. V. K. Maii. indictione. X. incarnationis dominice anno. M° C° LXX° VII°. pontificatus uero domini Alexandri pape tercii. anno octauo X°. Ego hugo pre-*